



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,  
apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, & ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea, plura, ad Gubernium ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetiis, 1709**

Denunciationis Form. VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

## Denunciationis Excommunicationis.

## F O R M U L A VI.

**H**ic auctoritate Ordinaria denunciantur excommunicati excommunicatione majori N. & N. ex eo quia per nos legitimè moniti sub pena declaratoria excommunicationis, ad faciendam declarationem, quod Statutum laicale ( sive Edictum ) quo prohibetur Incolis, & habitatoribus hujus Civitatis, ne molere faciant frumentum, nec olivas macinare, nisi in certis molendinis ipsorum laicorum, non comprehendat personas Ecclesiasticas, neque eorum molendina, illam in termino à nobis eis præfixo cum maxima immunitatis, & libertatis Ecclesiasticae lesione, & injurya, facere noluerunt. Ut igitur ab omnibus vitentur, praesentes affigi, & publicari jussimus, & tanquam violatores Immunitatis, & libertatis Ecclesiasticae tamdiu excommunicati existant, donec, facta valida declaratione, à Sede Apostolica absolutionem meruerint obtinere. Datum, &c.

N. Vic. Gen.

Loco ✠ Sigilli.

N. Attuario.

## V E L

**C**on autorità ordinaria si denunciano scomunicati di scomunica maggiore N. N. & N. N. perche essendo da noi legittimamente stati citati sotto pena d'essere denunciati scommunicati, à dichiarare in forma valida, che lo Statuto laicale, nel quale si proibisce à gli habitanti di questa Città universalmente di poter macinare grano, ò Olive in altri molini, che in quelli della stessa Città sotto pena di.... non comprenda gli Ecclesiastici, ne li loro molini, hanno con gran danno, lesione, & ingiuria dell' Immunità, e libertà Ecclesiastica ricusato, e negato di farla nel termine da noi paternamente prescrittoli: accioche dunque siano da tutti evitati, e fuggiti, si sono pubblicati i presenti Cedoloni, e come violatori della libertà Ecclesiastica, staranno così scomunicati, fin tanto, che fatta ch'haveranno la detta dichiarazione, siano assolti dalla Sede Apostolica. Data, &c.

N. Vic. Gen.

N. Attuario.

## ADNOTATIONES.

**S**UB POENA DENUNCIATIONIS EXCOMMUNICATIONIS. Hoc dicitur in declaratoria ad demonstrandum, quod in exequutione monitionis servata fuit forma legitima, que servanda est in pœnis spiritualibus ferentibus.

dis: debet enim excommunicatio communiari, alias reus non constituitur verus contumax, & inobediens, ut tradunt Graff. decif. aur. par. 1. lib. 4. c. 9. nu. 14. Bellett. disquis. cleric. de favor. can. §. 4. n. 47. Guazzin. jun. ad defens. anim. lib. 2. def. 6. cap. 41. n. 34.

Ad faciendum declarationem. Supposito

sito enim, quod Statutum, sive Edictum fit generale, & indefinitum, ex eo quia Ecclesiastici justè timent factō vexari posse; laici conveniri debent, ut declarent, illud non ligare, neque comprehendere Clericos, &c ad id cogi possumt, Barbos. dec. Apost. collect. 442. n. 7. Nicol. in flosc. verb. laicus nu. 4. & alii ab eis allegati. Quæ conclusio de plano procedit in casu expresso nostræ declaratoria, in qua cùm Statutum, sive Edictum prohibens macinare frumentum, sive olivas nisi in certis molendinibus, sit contrà libertatem Ecclesiasticam, prout decisum jam fuit à Sacr. Congreg. Immunit. in Baren. Terræ Modugni 17. Septembris 1634. lib. decr. fol. 200. certum est, quod laici, qui talia prohibent, tenentur declarationem facere, ut eadem Sacr. Congreg. respondit in Firmana Terræ Montis Georgii 19. Novembri 1630. lib. 2. Dec fol. 65. & in Lagedonen. 23. Decembre 1636. lib. 3. Dec. fol. 19. à tergo: alias quatenus renuant, proceditur contra eos ad censuras, ead. Sac. Congr. in Cefaluden. 11. Augusti 1631. d. lib. 2. Dec. fol. 85. à tergo.

3 Et allegata eorum contumacia. In faciendo scilicet d. declarationem; nam etiam si moniti comparerent, & excipiendo se excusatos prætenderent, non per hoc conuinciam purgarent: quia cum à jure jam sint excommunicati in d. c. neverit, non possunt de iniustitia petitionis excipere, cum sententia juris semper præsumatur iusta: sed parere tenentur Episcopo, qui in causis violatæ immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ procedit ordinaria sua auctoritate, non attento quocunque impedimento, sive inhibitione Metropolitani, aut A. C. ut pluries declaravit Sacr. Congr. Imm. videlicet in Celfonen. 28. Nov. 1673. lib. 1. Dec. p. 870. in Baren. 28. Jan. 1679. lib. Dec. p. 1700. & in Balneoregen. 18. Augusti 1700. lib. 2. Dec. Vallem. & non obstante appellatione, ead. Congr. in Pisauren. 25. Septembr. 1627. lib. 1. Dec. pag. 67. & in Bifacien. 6. Febr. 1694. lib. 1. Dec. par. 102. & etiam si appellatio esset interposta ad Papam, nam non admittitur, nisi in devolutivo, ut ead. Congr. respondit in Matheranen. 9. Septembr. 1631. lib. 2.

Dec. pag. 89. à tergo, & in Beneventana 22. Nov. 1639. lib. 5. Dec. pag. 104. Unde si Episcopus non obstante appellatione procederet ad Censuras prout tenetur, Sperell. dec. 181. n. 83. validè procederet; sic respondit d. Sacr. Congr. in Montis Falisci 8. Julii 1687. lib. Decr. Martell. pag. 129. Sperell. dec. 48. n. 42.

Hæc tamen probè intelligenda sunt, 4 quoties excessus contra immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam, est notorius, & nullo casu licitus prout est in nostra hypothesi Sperell. decis. 48. n. 43. 44. & 45. in cæteris enim casibus dubiis regulariter à declaratoria excommunicationis inclusæ ob violatam immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam, datur appellatio ad utrumque effectum, ut ex Decreto ejusdem Congreg. 27. Augusti 1650. emanato, probat Pignatell. consult. 60. num. 32. 10. 2. & consult. 19. num. 60. tom. 6. Item censuræ essent nullæ, quando prima citatio, seu monitio, per productionem, & admissionem jurium, vel Judicis Decretum, esset circumducta, & post interpositam appellationem Episcopus sive ejus Vicarius procederet ad denunciationem Censurarum absque nova Citatione, ut de aliis sententiis dixit Rot. coram Greg. dec. 140. n. 7. ibique Add. n. 16. decis. 339. n. 2. & dec. 457. num. 7. Pac. Jord. elucubr. tom. 3. lib. 14. tit. 1. num. 122. & in terminis censurarum pro tuitione immunitatis Ecclesiasticæ latarum, Sacr. Congreg. Immunit. in Cisignamen. 18. Nov. 1687. lib. Decr. pag. 181. in Conversanen. 10. Febr. 1699. lib. 2. Dec. pag. 22. Narnien. 2. Dec. 1698. lib. 2. Dec. p. 189. à tergo.

Tanquam læsuum, Statutum, sive edictum, sive Bannimentum laicorum, tunc dicitur læsuum immunitatis: & libertatis Ecclesiasticæ, quoties aufert, Clericis, quæ eis competunt, vel prohibetur, aut impeditur uti rebus, facultatibus, & privilegiis sibi de jure naturæ, Civili, & Canonico concessis, Innoc. in hoc cap. neverit, Sperell. decis. 12. num. 39. & 45. Bellet. disq. cler. de exempl. Cleric. à Stat. Sæcul. §. 1. n. 22. Leo thef. for. Eccl. par. 1. c. 14. numer. 37. 38. & 39. Panimoll. decis. 32. numer. 21. 22. & 23. vel dominium, & jus, vel tollitur, vel mi-

nui-

unitur, aut restringitur, Passer. in cap. Statutum n. 59. de bæret. in 6. & alii multi ab eis allegat. Et non solum quando directe, & nominatum disponit de Clericis, sed etiam quando sub generali dispositio- ne, & sic indirecte, & in consequentiam illos comprehendenter: quia libertas Ecclesiae neque directe, neque indirecte, & neque in totum, neque in partem à laicis lade- di potest, ut probant auctoritates mox al- legatae.

Hocque exemplificatur in illis statutis & Edictis, quibus præcipitur, ne subdit laici contrahanc cum aliis, quam cum subditis, ne vendant, nec emant nisi à subditis: non admittantur ad successionem bonorum, & honores, nisi subditi: vel prohibetur quod nemo extrahat frumentum à Civitate, seu Territorio, nemo vendat fructus nisi soluta certa gabella, nemo admittatur ad Clericatum, vel aëdifiet Ecclesiam sine licentia Domini temporalis, vel alia similia præcipiunt, vel prohibent, de quibus videri possunt Ricc. prax. rer. for. Eccles. par. 3. ref. 214. per tot. Barbos. de jur. Eccles. lib. 2. c. 3. a. n. 192. cum pluribus seqq. Hæc inquam laicorum statuta, Edicta, vel Bandimenta à Clericis servanda non sunt, etiamsi aliquando essent utilia, & replicerent publicam utilitatem; nam quando talia sunt, Episcopus mediante suo Edicto publicè utilitati providere debet, ut dixi part. 1. tit. 5. adnot. ad form. 17. n. 11. & part. 2. tit. 15. adnot. ad for. 3. n. 14. ubi Decreta allegantur, & hoc idem probant aliæ auctoritates: quas cumulat Panim. dec. 32. n. 27. & 28.

*Esse nullum.* Sicuti quando statutum, si- ve Edictum laicorum prohibens emptionem, venditionem, extractionem, & alia similia fieri, est generale, & ambiguum sine expressione. Ecclesiasticarum personarum, potest Episcopus illos, ad quos per- tinet cogere, ut declarant non comprehen- dere Ecclesiasticos, eo quia de facto lade- re potest Ecclesiasticam libertatem, ut pro- batum est supra: ita ubi notoriè est contra libertatem Ecclesiae, ut hic, idem Episco- pus, potest declarare illud esse nullum, ut bene distinguit Passer. in c. fin. n. 4. & 5. de immun. Eccles. in 6. & fortius si de Ec- clesiis vel Clericis, faciat expressam men-

tionem, nam tunc non solum potest, sed tenetur ad instantiam Promotoris fiscalis hanc nullitatis declarationem facere, ut mandavit fieri Sac. Cong. Immun. in Mediol. 11. Januar. 1633. lib. 2. Dec. pag. 147.

Verum Episcopus non debet ad supra- dicta improvidè, & festinanter procedere, sed matura deliberatione facti, loci, & personarum qualitate semper inspecta, dum periculum, dænum, vel scandalum non imminet, & casus patitur dilationem, consilium (facti narratione exposita,) à Sacr. Congregatione expostu- late, nam ita faciens, consilium custodi- ët illum, juxta Sapientem effatur, prov. 3. Et in hoc meminisse juvabit monitum traditum à pio, ac doctissimo Cardinale Bellarmino, qui in Opusculo, cui titulus est --- *Admonitio ad Episcopum Theanensem Nepotem suum*, illum instruens de modo tuendi Ecclesiasticam libertatem, in septima admonitione, seu controver- sia, sic inquit: *Hæc enim videtur hoc tempore esse lapis offendit, & petra scan- dali, & valde difficile est sic eam defendere, ut indignationem eorum (idest Prin- cipum laicorum) non incurramus, vel sic eam negligere, ut non incurramus in offendit, & ejus Vicarii. Duo in re tam ardua mibi occurunt. Primum, ut nihil temere, & sine maturo consilio agamus, & si nobis non adsint in præsentia viri periti, quorum consilio fidere possumus, scribamus, si tempus adest ad absentes. Alterum, ut sic vivamus, ut intelligent Principes, vel Principum ministri, nos non querere occa- siones cum illis rixandi, sed solo Dei ti- more, & honore duci, ut libertatem Eccle- siæ defendamus, & aliquam eorum amici- tam optare, & magnificare, & revera con- nemur officiis, & beneficiis amicitiam illo- rum diligenter conservare, & nutritre: mul- ta enim Principes sæculi amicis Episcopis concedunt, quæ non concederent iis, quos aduersarios sibi esse sciunt, aut credunt. Hæc Bellarminus.*

A Sede Apostolica absolutionem verue- rint obtinere. Quamquam Censura, de qua loquimur hic, & habetur in c. fin. de immunit. Eccles. in 6. non legatur reser- vata: adhuc tamen hodie non solum absolu- vi non potest ab Episcopo; sed neque ab

A. C.

A. C. qui est judex ordinarius appellatio-  
num quæ interponuntur ad Sed. Aposto-  
licam , tanquam reservatæ Summo Pon-  
tifici , ut pluries S. Congr. immun. decla-  
ravit , & præsertim in *Licen.* 13. April.  
1638. in qua dubio proposito per Vicar-  
ium illius loci , sic respondit -- *Sacra &c.*  
*c. censuit. absolutionem à censuris in causa*  
*violatæ jurisdictionis , seu immunitatis , vel*  
*libertatis Ecclesiasticæ , esse reservatam Sum-*  
*mo Pontifici , nec ab alio posse concedi sub*  
*quocunque prætextu etiam restitutionis factæ*  
*Ecclesiæ , & opinionem contrariam esse im-*  
*probatam , ideoque illa non obstante eundem*  
*Vicarium procedere debere ad fulminationem*  
*censurarum contra Violatores lib. 3. Dec. fol.*  
*66. à tergo.*

13 Et proposito in eadem Congr. dubio :  
*An A. C. possit dare absolutionem à censuris*  
*illatis in causa immunitatis , libertatis , &*  
*jurisdictionis Ecclesiasticæ ? An etiam cæte-*  
*ra Tribunalia Urbis ? Die 4. Augusti 1626.*  
*censuit , non posse , & refutum fuit in his*  
*consulere debere Sacr. Congreg. lib. 1. dec.*  
*fol. 10. Imò quod neque absolutio obtenta*  
*à Sacr. Pœnitentiaria suffragetur in foro*  
*externo , testatur D. Raynald. supplem.*  
*ad c. 1. supplem. 6. num. 25.*

14 Et iterum habitu recursu super eodem  
dubio ad instantiam Episcorum Regni  
Neapolitani , eadem Congregatio die 7.  
Maii 1643. respondit -- *servandum esse De-*  
*cretum editum die 4. Augusti 1626. à San-*  
*dissimo approbatum , ut A.C. à Censuris pro-*  
*mulgatis ex causa jurisdictionis , immunitati-*  
*s , vel libertatis Ecclesiasticæ non possit ab-*  
*solutionem concedere , etiam cum reinciden-*  
*tia , uti reservatam Summo Pontifici protem-*  
*pore existenti , ideoque D. Secret. notificet A.*  
*C. lib. 3. Decr. fol. 176. à n. 6. & sèpè alibi.*

15 Et hinc est , quod si A. C. Inhibitiones  
vel absolutions à Censuris ob causam  
violatæ immunitatis , aut libertatis Ec-  
clesiasticæ concederet , illis non obstan-  
tibus Episcopus procedere validè posset ,  
*ead. Sac. Cong. in Melphim. 22. Apr. 1673.*  
*lib. 1. Decr. pag. 792. & in Ravel. 30. Au-*  
*gusti 1698. lib. 2. Decr. pag. 172. à tergo :*  
quia in hac Materia standum est Decretis  
Sac. Cong. immun. ut ait D. Rayn. obser.  
crim. supplem. ad cap. 24. supplem. 2. n. 116.  
& si judex habet dubium circa illorum in-

terpretationem debet eandem Congr. con-  
sulere , prout ipsa Congr. respondit in *Me-*  
*diol. 22. Junii 1660. lib. dec. Rocci p. 264.*

Et nota Primò , quod Episcopus in cau-  
sis immunitatis Ecclesiasticæ non potest 16  
allegari suspectus , prout eadem Congr.  
olim declaravit in *Ostunen. 20. Martii*  
*1630. lib. 2. Decr. pag. 33.* Secundo quod  
pro Decreto absolutionis censurarum in- 17  
cursarum ob læsam immunitatem , seu li-  
bertatem Ecclesiasticam interponendo vi-  
gore facultatis , sibi à S. Congr. delegatæ  
nihil recipere debet , salvo tamen quod de-  
betur pro reintegrazione immunitatis ac  
pro actis Curiæ ejusd. Episcopi , e ad Cong.  
in Majoricen. 14. Apr. 1674. lib. 1. Decr. pag.  
924. Tertiò , quod Barones , Magnates ,  
& Magistratus laici , qui indirectè carce-  
rant , molestant , & vexant Parentes ,  
vel consanguineos Ecclesiasticorum , in-  
currunt Excommunicationem , a qua ab- 18  
solvi non possunt , nisi à Sede Apostolica  
ut declaravit *Sacr. Congr. immunit. in Or-*  
*tana 18. Octobr. 1633. lib. 2. Dec. Paul. for.*  
174. *Leo thes. for. Eccles. par. 3. c. 7. n. 29.*  
Quartò , quod quando excessus ex exem-  
plaris , & rei non resipiscunt , censuræ sunt  
aggravandæ , & reaggravandæ , scilicet 19  
per Edictum , per publicationem à Paro-  
chis faciendam singulis diebus Dominicis  
inter missarum solemnia pulsatis campani-  
nis , & per concionatores ex Suggestu , &  
per litteras missas vicinis Episcopis , Graff.  
de sent. excom. conf. 2. n. 3. p. 1. lib. 5. Ga-  
vant. verb. excommunicatio n. 45. 5. Congr.  
immunit. Torpien. 22. Julii 1630. lib. 2. Decr.  
fol. 53. & in Beneventana 20. Jan. 1637.  
lib. 3. fol. 22.

*De excommunicatione contenta in c. nullus*  
*judicium de foro competit.*

Quia non semel judices , & Magistratus  
laici usurpantes sibi potestatem exercendi  
jurisdictionem in personas Sacras , & Ec-  
clesiasticas , eas ad Tribunal suum trahen-  
do , judicando , carcerando , vel condemnando ,  
irrogant injuriam Ecclesiæ , & contra  
jura Divina pariter , & humana Sacrile-  
gium committunt idèque excommunica-  
tione , quam incurrint , publicè sunt ferien-  
di , præmissa declaratoria modo sequenti .  
Sen-